

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Dialogus sextus de legibus, vel, de legumlatione

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

nequit, quae supra vires sunt praetermittat: & quod his proximum est, eorumque quae fieri conuenit cognatissimum, omni studio prosequatur, permittatque legulatorem voluntati suae finem imponere. Quo facto communiter cum illo consideret quid ex dictis conferat, quidue ferendis legibus aduersetur. Nam opus undique sibi ipsi consentiens, artifex omnis ubique agere debet, etiam in re minima, si modo sit laudem consecuturus. Nunc iam post duodecim partium distributionem animaduertendum est, quod cum duodecim partes haec plurimas in se portiones, portionibusque connexa & orientia ex connexu habeant usque ad quingula & quadraginta, unde & tribus & gentes & vicos habent, ad rem bellicam ordines atque ductus, nummos praeterea & mensuras siccorum atque humidorum & pondera similiter, haec omnia commensurata, & consona inter se a legislatore ordinari debent. Praeterea timenda non est pusillanimitatis opinio, quasi parua nimium considerentur, si quis iubet ut vasa & suppellectilia ciuium omnia mensuram habeant suam, nullumque sine certa mensura possideatur: & communi rationi censeat ad omnia per vires esse numerorum partitiones varietatesque, secundum quas & ipsi inter se ipsos varij sunt, & in longitudine & profunditate ac vocibus varietatem accipiunt: in motibus quoque tam recto motu ascendendo vel descendendo, quam circuitu. Ad haec omnia ita respicere debet legislator, ut ciuibus omnibus praecipiat, ne ab huiusmodi numerorum ordine quoad possunt, disceant. Nulla enim alia vna pueritiae disciplina, ad rei familiaris gubernationem, ad rempublicam, ad artes denique vniuersas tantam habet vim, quantum huiusmodi numerorum cognitio: quodque maximum est, somnolentos etiam, et natura rudes exciuit: & dociles, memores solertesque facit, praeter naturam suam diuina arte proficientes. Quae quidem omnia, si modo legibus alijs atque officijs illiberalitas & auaritia eorum animis extirpata sit, qui ea sufficienter & vtiliter susceperunt, bona rudimenta, & commoda sunt. Sin minus, malitia hinc potius quam sapientia clamorinam trahet: quod Aegyptijs & Phoenicibus multumque alijs gentibus nunc videmus contingere, propter caeterarum artium facultatumque illiberalitatem: siue quis rudis legum lator id fecerit, siue fortuna infensa, siue alia huiusmodi quaedam natura. nec enim illud, o Clinia, & Megille nos fugiat, magnam esse locorum ad ferendos meliores peioresque homines differentiam: quibus diuersa prout expedit legibus sancienda sunt. Quippe alij varietate uentorum & turbine, difficiles & proterui sunt: alij propter aquas: alij propter cibos, qui ex terra non solum corporibus commodi aut incommodi oriuntur, verum animis quoque non minus. Maxime autem loca regionis differunt, in quibus inspiratio quaedam diuina est, & quae demones sortiti sunt: qui habitantes, propitij, vel contra suscipiunt. Quibus pro humano ingenio consideratis, mentis compos legum conditor, se ad leges ferendas conuertet. Quod & tibi est, o Clinia, faciendum. Prius enim haec tibi animaduertenda sunt, quam habitari facias regionem. c. r. Egregie, o Atheniensis hospes, haec abs te dicta sunt. Quare & mihi ita est faciendum.

DIALOGVS SEX TVS DE LEGIBVS, VEL, DE LEGVMLATIONE.

MARSILII FICINI
ARGVMENT.



RIA sunt genera causarum, quibus diuersa diuersis in locis hominum ingenia sunt. Quae quidem tria genera Plato in superioris libri sine breuiter comprehendit. Ego vero operis praecipuum fore arbitror, haec ipsa materia quasi quodam modo sextum cum quinto ligare. Sit ergo plurimum in loco discriminis ad

meliores deterioresque homines generandos. Causa vero sit vel humana, vel naturalis, vel diuina. Humana quidem, lex, educatio, consuetudo diuersa. Naturalis autem, elementorum alimentorumque diuersitas. Diuina vero, ut caelum quoque diuinum vocem, siderum numinumque potestas. Siquidem Plato indicat quemadmodum alicuius caeli plagae alijs reguntur stellis, alijsque dijs, id est, superioribus angelis: sic alias terrae plagas, alijs quoque demonibus, inferioribusque angelis gubernari. Accedit ad haec astronomorum sententia, et plagas terrae caeli plagis, & vrbes ascendentes signis accommodans. Mitto in praesentia quantum ingeniorum discrimen afferat familiarium cuiusque hominis varietas demonum. Quod autem spirituum superiorum vires, nostris quomodocumque id fiat, spiritibus influat, negare non possumus, quando manifeste videmus corpora nostra corporibus superioribus agitari: a sidibusque ab aere aliter permutari. Quod si spiritus illi in nostros agunt spiritus, agunt insuper & in corpora. Passio vero corporum humanorum, siue a spiritibus illis, siue a corporibus superioribus inferatur, eatenus redundat in anima, quatenus tam comparato, quam naturali affectu animus sese mergit in corpus. Verum hoc interest, quod corpora illa per corpora nostra mouent animas: spiritus autem tum animas per corpora mouent, tum per animas, tum etiam per illum spiritum, quem physici saepe nodum animae inuicem corporisque cognominant. Memento verum oem atque motum a superioribus in nos descendente, semper ad bonum suapte natura conducere: quandoquidem & caelestes influxus, semper ad bonum. Sed neque tu hic vel rigidiorum hominum tristitiam & parsimoniam reicias in Saturnum: vel temeritatem ferocitatemque in Martem: vel fraudulentam malitiam in Mercurium, vel lasciuos amores in Venerem. Quid vero, si Saturni grauitas in nobis complexionis naturae, nutritionisque & educationis vitio, in simile quiddam grauitati vitium conuertatur: similiter magnanimitas Martia in audaciam magnanimitati quodammodo similem, Mercurialis industria similiter in malitiam, Venerica charitas in libidinem: Nonne sub solis radijs, qui natura sua ad videndum conferunt & viuendum quotidie accidunt alios visum, alios vitam amittere: & qui in aere libero salubriter calefaciunt, in concauis urit? Quemadmodum vero sub benefico radiorum influxu ob inferiorem naturam resultat alicui malum, non vniuerso: sic sub stellarum viribus natura bonis atque sub numinum muneribus optimis, potest interdum inferioris vel naturae, vel consuetudinis vitio, vitium vel corporis, vel animi suboriri. Nihil vero vniuerso vitium aut malum: quemadmodum in concentu secunda vel septima uox: quae seorsum audita dissonat, interim coniuncta caeteris consonat vniuerso. Solent vero Platonicis infimos demones malos aliquando nuncupare, quonia ad infimum generationis & sensibile bonum suo quodam, ut aiunt, officio nos alliciant. diuertere autem a summo bono ad minimum, comparatione summi mali iure censetur. Misum facio in praesenti quod aiunt supremos demones ad contemplationis, medios ad actionis, infimos ad concupiscentiae bonum ducere: quodue his omnibus & viti possumus, & abuti: & vitibus quidem bona contingunt, abutentibus vero mala. Appellat vero Plato demones & deos indigenas patriae, non quia inde genti, sed quia ciues inde genitos peculiari quada cura custodiunt. Dicit praeterea beatam ciuitatem a dijs decorumque filijs coli: intelligens partim quidem caelestem Hierusalem, ab angelis purisque animis habitatam: partim quoque felicem illorum vitam, quos in Phedone inquit editissimas terrae partes incolere numinum familiaritate beatos. Descendi post haec in sexto ad magistratus constitutos, scilicet quot esse oporteat, et quo pacto creari, quidue magistratus cuiusque sit officium. Inquit autem diligentiam in his creandis tantum esse momenti, ut vel bonarum constitutio legum absque magistratibus

De mensura
supellecti-
lium.

bonis, hanc modo minime profutura sit civitati, verum etiam plurimum nocitura. Oportere vero aut tam eos qui magistratus electuri sunt, quam qui eligendi, esse ab adolescentia probatissimos, maioribusque probatissimos gentos, & qui concivium mores perfectissime calleant. In his notabis miram Platonis prudentiam in ordine magistratuum, eorumque officio in rebus humanis & sacris, bello & pace, in urbe atque agris. Cognoscensque & probabis optimatum gubernationem, aliquid regum, necnon popularium habentem, & quodammodo inter unum & populum mediam constitutam. Animadvertens in civilibus numeribus distribuendis servandam semper equalitatem, non arithmetica quidem, per quam numero vel etiam mensura et pondere paria singulis tribuuntur, quae saepe iniustissima est: sed geometricam potius, per quam considerantur merita singulorum: atque ea ratione singulis distribuuntur, ut quae proportio meritorum est ad merita, eadem quoque numerum sit ad munera: neque equalia sint munera numeribus, sed munera meritis. Gemmam ergo considerabis equalitatem, tum muneris ad munus, tum muneris ipsius ad meritum. Et illam quidem saepe noxiam, raro utilem, & tunc demum utilem si fiat forte. Hanc vero quotidie necessariam. In hac utique totam consistere iustitiam rationem. Atque hanc ipsam in Iouis iudicio esse positam, eiusque notionem hominibus vix paucis; tribus, sed quam tacite nobis adsit, per hanc solam cuncta servari. Nec merito equalitatis huius officium supremi iudicis ascribit iudicio. Qui cum solus secreta omnium penetret, ideoque merita perfecte cognoscit, numerum solus perfecte potest meritis equalia reddere. Idque ita facit in caelo primum, deinde in universo, ut hac sola pro cuiusque naturae capacitate ubique distributione fieri cuncta atque servari, & ab antiquis probatum, & in Gorgia fuerit comprobatum. Sed inter haec Plato iterum, qui mos eius est frequentissimus, pueris educandis incumbens, peculiaritatem ad id procreat magistratum, eumque haberi vult omnium in civitate summorum magistratum praestantissimum: existimans aliquid colendae puerilis seminis providentiam, totam civitatis culturam fore vanam. Advertens hic humanum ingenium bene quidem cultum, tandem mansuetissimum divinis sumumque; evadere: contra vero, si contra. Sed carnem humanam ingenium ferocius evadere posse dicit quam ferarum. Quia quod maximam vim habet ad bonum, maximam quoque habere potest ad malum. Item optimum quanto depravatione sui vertitur in oppositum, fit pessimum. Quod quidem in rebus disputat. Praeterea ferocitatem in homine depravato arguet machinatio perperacissime mentis ad malum. Adde quod subtilitas spirituum humanorum in ira, convertitur in furor. Accedit & quorundam demonum iritatio, quod Plato in epistola ad Syracusanos significat, & Homerus Aegyptiorum sententia significat, Heroes inducens a diis, id est, a demonibus ad iras & sanguinem animatos. Comendat iterum numerum illum quinquies mille & quadraginta, in magistratum, domiciliorum, agrorum, partitione omnium commodissimum, ut potest qui in multas demceps portiones integras dividatur. Sane si unum hunc numerum in duas divideris partes, pars dimidia duo milia continebit, quingentisque & viginti. Si vero in tres, pars tertia, mille sexcenta octoginta. Si in quatuor, quantas quilibet, mille ducenta sexaginta. Si in quinque, quinta quilibet mille continebit atque octo. Si in sex, sexta omnium octingenta, & quadraginta. Si in septem, septima, septingenta viginti. Si in octo, octava, sexcenta triginta. Si in novem, nona, quingenta atque sexaginta. Si in decem, decima, quingenta & quatuor. huc usque partes omnes sunt integrae. Sed si in undecim, undecima quatercenta quinquaginta & octo, atque insuper duas undecimas portunculas. Quod si in duodecim, duodecima, quatercentum atque viginti. Hic siste pedem. At quoniam nobis sexaginta commemorat, si unum hunc numerum in sexaginta partes divideris, pars sexagesima octoginta et quatuor comprehendet: ac si conversione quadam in partes octoginta quatuorque; secunda pars quaeque sexaginta tenebit. Videtur autem Plato plurimi facere, quod ille numerus duodecies dividatur in quatercentum atque viginti: quod hic rursus duodecies in trigintaquinque. At vero hic duodecies in duo atque insuper undecim duodecias unus partes. Atque ipse numerus quatercentum atque viginti multiplicatur ex numero vigentes viginti & uno. Nam viginti numerus vigentes semelque replicatus, quatercentum viginti complet. Laudat duodenarium numerum: & unum hunc numerum, qui duodenario prorsus accommodatur, propterea quod duodecim sint apud eum mundi sphaerae: & signa duodecim in zodiaco, & partes duodecim in elementis. Siquidem quodlibet ex quatuor elementis in tres dividitur regiones, in summam & infimam, atque mediam: non solum situ, sed virtute etiam differentes. Adde elementorum alterum duodenarium. Quo & substantia elementorum quatuor et qualitates octo comprehenduntur. Qualitatum vero quatuor quidem masculinae sunt, scilicet calor, frigus,

lenitasque, & gravitas. Quoniam prima duae alterationis principia sunt, sequentes duae principia motus ad locum. Quatuor vero firmatae sunt, quae passioni magis subijciuntur, scilicet humor, siccitas, raritasque, & densitas. Haec vero Aegyptiorum mysterium contineri, Iamblichus asserit. Accedit quod duodenario mensuram numero Sol dominus planetarum & cursum peragat proprium, & varios producit effectus. Denique singulas vult civitatis partes Deo consecratis existimari, proprie vero diis duodecim duodecim sphaerarum aumabus. Item diis duodecim zodiaci signa regibus. Rursus duodecim ordinibus demonum caelestia signa sequentium. Quoniam vero dicit partes vrbis duodecim sequi circuitum universi, forte etiam intelligit totum octavae sphaerae circuitum triginta & sex milibus annorum perficiendum. Qui sane numerus tribus annorum mille duodenarius perfecte completur. Adeo ut in primo mille annorum duodenario intelligas ex antiquorum sententia juvenem mundi totius habitum: in secundo virilem: in tertio vero senilem. Verum de his opportunum in Timaeo. Convenit his, quod in Phaedro inquit: deorum demonumque exercitum sub duce Iove in duodecim ordines esse dispositum. Concludit hic civitatis partes, partim quidem per duodenarium tribuum temporumque numerum, partim vero per divinum cultum cuiuslibet duodecim mensuram sollemniter instauratum, sic ad dei munera praeparari, ut diis ipsis quasi insidentibus gubernentur. Bis autem instaurari praecipit vult publicumque sollemnia, quo & duodenario tribuum, & civitatis reliqua agrorum duodenario satisfiat. Quod autem sacra vult fieri diis deorumque filijs, deos quidem intelligi vult sphaerarum animas: filios autem, demones puriores. Cuncta vero haec Iouis munus omnium principis gratia iubet fieri. Neque vero silentio praeterendum est: duodenarios quos pertinentes ad unumquemque commemoravimus, a duodenario cuiusque hominis proprio, quasi representari. Qui sane ex quatuor corporis humoribus, totidem sensibus ipsius perturbationibus, ac totidem virtutibus constare videtur. Post sacra deorum ad nuptiarum sacra descendit. Vbi leges ritusque nuptiales, exhortationem ad matrimonium: officia viri & uxoris tum inter se, tum erga liberos & generandos & educandos considerabis. Notabis ante omnia, non decere in ebrietate, vel alia mentis perturbatione procreandis liberis operam dare. Atque ob huiusmodi delictum filios quotidie nasci tam animo, quam corpore agrotantes. Mandabis quoque memoria mysterium, ubi ait, Principium & nomen hominibus insitum, si convenienti sibi honore a singulis munere ipsius virtutibus afficiatur, omnia servat. Quid ergo principium, quid nomen insitum aut insidens? Principium quidem idea est formationis humanae principium. Nomen vero sphaerarum demonum, demon quoque generatio princeps saepe sub nomine Lucinae significatus, & cur insitum, aut insidens, aut incubans & ut intelligas nomen non adesse solum: sed inesse assidue atque fouere: Praecipue vero favere, & fovendo servare, si grata colatur ab his qui munere eius videntur. Post nuptia viri uxorisque officia, consequenter ad nutus dominorum servorumque descendit officia. Post haec solita quadam arte redit ad membra, templa, palatia, quae ante nuptias tractanda fuisse dicit. Vbi notabis in primis curias iudicum magistratuumque palatia, idcirco templis proxima collocari, quo humani iudices semper iudicando meminerint se a Deo, dum iudicant homines, iudicari. meminerint quoque custodes vrbis nisi custodire Deo custodire non posse. Item nihil in civitate vel minimum sine certo quodam ordine esse debere. Siquidem quod caret ordine, alia insuper ordinata confundit. Maxime vero ordine & continua cura muliebri indigere. Alioquin si mulierum res negligantur, duplo plus, imo & supra duplum detrimentum prouenit civitati, quam si virorum neglecte res fuerint. Inter haec vbi mundi antiquitas repetitur: quod dicitur ipsum generationis principium nos inestimabili temporis magnitudine praecessisse, intellige si obseruas Moysen, in aestimabili diem horarumque numero. Conclude librum ea sententia, ut triplicem impetum, scilicet ad cibum, potum, coitum, nequando praecipitemur, triplici colibeamus freno, timore scilicet, atque lege, veraque ratione, praeterea moderato honestorum ludorum a pueritia usu. Quo per honesta solatia renouemur a turpibus, & ad seria paulatim studia prouocemur.



OST omnia quae hactenus diximus, ferme iam magistratum in civitate constituendi videntur. c. l. Ita certe. A T H. Duae profecto haespes in ornatu reip. sunt. Prima magistratum constitutio, quot esse oporteat, et quo pacto constitui. Altera de legibus magistratum attribucendis, quot, qualesque sint

sing

singulis accommoda. Sed parumper antequam magistratus eligamus, comorati, nonnulla ad ipsorum electionem pertinentia declaremus. CL. Quae nam haec? ATH. Audi iam. Nemini dubium est, quin cum magna res legumlatio sit, siquis civitati per leges bene parata non idoneos magistratus constituat, quamvis leges bene posita sint, tamen non modo id nihil proderit risumque mouebit, verumetiam calamitates maximas civitatibus pariet. CLIN. Plane. ATH. Hoc itaque considerandum amice, quemadmodum in hac tua civitate republicaque contingit. Vides. n. eos, qui recte magistratus accepturi sint, oportere primo satis ab adolescentia probatos fuisse tam ipsos quam suos, usque ad ipsam electionem. Deinde eos etiam qui suffragia ferunt, legitimis esse moribus educatos: ut facile queant admittendos et repellendos cognoscere, et erga utrosque pro dignitate se gerere. At vero qui nuper conuenerunt, cum nec se inuicem satis cognoscant, neque adhuc eruditi sint, quomodo recte unquam magistratus eligere poterunt? CLIN. Nullo ferme unquam pacto. ATH. Sed enim certamen excusationes non facile suscipit. Hoc autem et mihi nunc, et tibi faciendum est: postquam et tu civitatis Cretensibus instituenda officium libenti animo suscepisti, ac decimus es in hoc opere, ut ipse dicis, et ego tibi auxilium presenti confabulatione afferre promisi. Quare sermonem hunc nostrum sine capite et mutilum esse non patiar. Nam si vagaretur, deformis omnibus appareret. CL. Optime dixisti hospes. ATH. Imo etiam si pro viribus faciam. CLIN. Faciamus sic prorsus ut dicimus. ATH. Faciamus utique, si deus voluerit, sic ut etiam senectam in hac parte superemus. CL. At deum velle, credendum est. ATH. Credendum profecto. Quare ipsum sequentes, hoc etiam dicamus. CLIN. Quid nam? ATH. Quam audacter simul atque periculose civitas hoc nobis tempore constituetur. CL. Quorsum haec? ATHEN. Quia facile et intrepide rudibus hominibus leges damus, utque ipsas suscipiant, iubemus: cum omnibus ferme, o Clinia, etiam non multum sapientibus, perspicuum sit, neminem leges novas facile suscepturum. Si vero tam diu expectaremus, donec legibus insisterent pueri, unaque et diu sub eisdem legibus conuersa et suffragia uniuersae civitati ferre possint, atque id pro viribus recte fieret, certe et tunc et in posterum, procul ab errore sic instructa civitas permaneret. CLIN. Sic ratio monet. ATHEN. Perspiciamus ergo si modum quendam ad haec commodum ita ferre possumus. Gnosios oportet, o Clinia, praeter ceteris Cretensibus, non solum quasi libando inchoare quam nunc rempublicam conditis: sed omni studio providere, ut quam tutissimè atque optime primi magistratus constituantur. In alijs quidem constituendis opera breuior: legum autem custodes ante alios creare summa diligentia necessarium est. CL. Qua via istud rationeque faciemus? ATH. Hoc, o Cretenses, inquam. Oportet Gnosios quando multarum ipsi civitatum primi sunt, communiter cum his qui in eandem conuenere coloniam, a seipsis et ab illis septem et triginta viros eligere. Decem et nonem quidem ex eorum numero qui coloniam habitabunt, ex Gnosio ipsa reliquos. Hos utique Gnosij tua dent civitati, te quoque ipsum, ut huius coloniae ciuem et unum de octo decemque viris. haec aut persuadendo, aut vi mediocriter

cogendo faciant. CL. Quid vero? nonne et tu hospes et Megillus hic reipub. huius nobiscum participatis? ATH. Plurimum sibi, o Clinia, Athenienses, plurimum quoque Lacedaemonij tribuunt, et procul utriusque incolunt. Tibi autem omnia commode se habent: et habitatoribus alijs similiter secundum ea quae de te modo dicta sunt, et quae tibi atque illis hac tempestate convenientissime fieri possunt, exposita. Progressu autem temporis et reipub. permanente, huiusmodi magistratum designatio fiat. Quicumque siue equites siue pedites arma ferre possunt, bellumque tum, cum aetas ferret, intersuerunt, suffragium incant, comitiaque in templo habeantur, quod praestantissimum civitas ducit. Unusquisque autem undecumque venerit, in ara dei nomen suum et patris et tribus et gentis in tabula scriptum deponat, liceatque cuique si velit, quamcumque tabulam non recte scriptam suspicabitur, in loco publico ponere, ubi non minus quam triginta dies permaneat. Trecentasque tabulas sic approbatas uniuersae civitati magistratus ostendant, quae quos velit de istis iterum et accipiat et rejiciat. centumque ita secundo delecti rursus omnibus ostendantur. tertio vero nominet de centum viris quilibet quemcumque voluerit. Septem autem trigintaque viri, eos qui pluribus delecti suffragijs sunt, magistratus declarent. Quinam igitur, o Clinia Megilleque, haec omnia de magistratibus eorumque probatione in civitate constituent? Num intelligimus in civitatibus sic ab initio conciliatis, esse quosdam oportere? Qui vero ex omnibus magistratibus deligantur, in eis nequaquam reperiuntur. Cum tamen eos esse oporteat, non viles quosdam, sed summos viros atque praestantes. Principium. n. dimidium totius operis esse, proverbio dicitur: atque eum qui bene coepit omnes laudamus. Mihi autem hoc plus quam dimidium esse videtur, rectumque principium nunquam satis ab aliquo laudatum fuisse. CL. Recte loqueris. ATH. Quare cum nos id non lateat, ne silentio praeferamus: sed quo fiat, perspicue declaremus, quamvis ego nihil in praesentia nisi hoc unum necessarium atque perutile habeam dicere. CL. Quidnam? ATH. Equidem civitatis huius quam condituri sumus, neminem aut patrem aut matrem esse aio, praeter civitatem illam qua coloniam mittit. Nec ignoro fuisse multas ac fore colonias, a civitatibus que miserunt, dissidio distractas. Quae admodum vero erga parentes se gerit filius, qui quatuor aduersaturus illis quoadmodum sit, in ipsa tamen pueritia indigentia genitores diligit ac vicissim diligitur, et ad suos semper refugiens in his solis praesidium reperit: ita quoque nona arbitrator civitatem erga curatores eius Gnosios, et Gnosios erga civitatem nona affici. Repeto igitur quod modo dixi. Non. n. nocet bis dicere, quod bene dicitur. Oportet ut Gnosij horum omnium curam suscipiant, et de colonis viros seniores atque optimos non pauciores quam centum deligant, de quibus ipsi Gnosios alios centum. Quos in novam civitatem profectos oportere arbitror operam dare, ut magistratus secundum leges constituantur, et statuti coprobentur. His factis Gnosium Gnosij redeant: nona vero civitas seipsam servare ac feliciter vivere conetur. Qui autem in septem et triginta virorum numero computati sunt, et nunc et postea semper istas res curet. primo qui de legum custodia habeant: deinde et tabularum, ubi quisque magnitudine sui census conscripserit. Si quis maximus census minarum quattuor: secundus trium: duarum tertius: quar

Proverbiū.

Quod bene dicitur repetere non nocet.

Maximus census civium, quem vult Plato.

tus vnus. Quod si quis plus quam in tabella scriptum de-
 derit, habere deprehendatur, quod superest, publicum
 fiat: praeterea reus sit volentis eum tanquam infamem
 accusare, quando propter lucrum spernere leges inuenia-
 tur. Atque eum quicumque voluerit, turpis lucri nomine,
 apud legum custodes accuset. Et qui damnatus erit, pu-
 blicarum possessionum sit expers, ac si qua bonorum in ei-
 uitate distributio fiat, nihil praeter sortem primam asse-
 qui possit: damnatumque ipsum esse quandiu uiuit, ibi
 scribatur, ubi quicumque voluerit, possit legere. Custos au-
 tem legum non plus quam annos viginti hunc habeat ma-
 gistratum, nec pauciores natus quam quinquaginta, eum
 gerat. Ac si sexagesimum aetatis annu agens magistratu-
 tum hunc nactus est, solum praestit decennium: hac utiq-
 ratione, ut qui septuagesimum annum excesserit, tantu
 magistratum non teneat. Hac igitur tria de legum cu-
 stodibus praepcepta sint. proficientibus vero legibus quibus
 poterit his viris praecipere quorum maximè curam praeter-
 ea qua modo diximus, habere eos oporteat. Nunc vero
 nos deinceps de aliorum magistratum delectu dicamus.
 Post hac duces exercitus eligendi sunt, eorumque ministri
 in bello, magistri equitum, tribuni militum, peditumque
 ordinatores, quos merito multorum more praefectos ordi-
 num nuncupabimus. Igitur ipsi custodes legum duces fu-
 turos exercitus aliquos ciuitatis huius ciues nominent, ap-
 probent vero aut rejiciant ij omnes qui bellis in aetate con-
 uenienti interfuerunt, aut iam interfuerunt. Quod si quis
 aliquem eorum qui nominati non sunt, nominatorum ali-
 cui praestare existimet, ei liceat loco illius nominare alium,
 si modo prius quod ita iudicet, inreiuando confirmauerit.
 Et nominatus maiore suffragiorum numero deligatur.
 Tres autem quibus fauetur plurimum, duces exerci-
 tus, bellicarumque rerum curatores quemadmodum custo-
 des legum comprobentur, qui praefectos ordinum duode-
 cim, vnum cuiuslibet tribui noent. Nominare aut non no-
 minatum, eumque nominato praepone ita liceat hic quoque,
 ut de militibus diximus. Comititia vero in praesentia an-
 tequam creetur consilium, et praefecti consilio deligan-
 tur, custodes legum in sanctissimo sufficientissimoque loco
 habeant: ubi seorsum pedites et equites sedeant, tertioque
 deinceps ceteri, quicumque in armis versantur. Et in eli-
 gendis quidem ductoribus et magistris equitum, oēs suf-
 fragium ineant: in praefectis ordinum, solummodo qui sciu-
 ta ferunt: in tribunis militum, equites oēs. At leuis ar-
 matura aut sagittariorum ceterorumque hmoi praefectos,
 ipsi duces exercitus sibi constituent. Restat magistrorum
 equitum designatio. hos igitur illi nominent qui ductores
 etiam exercitus nominarunt: suffragiumque feratur simi-
 liter. similiter quoque comparatio pro nominando fiat. Fe-
 rant vero suffragium praesentibus peditibus equites. Atque
 duo qui maiori suffragiorum numero delecti sunt, oibus
 praesint equitibus. disceptationes autem de suffragijs his
 fieri liceat. Tertio si quis dubitet, illi suffragia iudicent,
 qui comitorum modum in singulos statuere. Consilium
 triginta constet duodenarijs. Nam distributio huic per
 sexaginta trecentosque viros conuenit. Et in quattuor par-
 tes per nonaginta distribuatur: ita ut a censibus singu-
 lis consiliarij nonaginta ferantur. Et primum quidem
 necessario ferant omnes qui maximo censu sunt: et qui
 ferre superfederit, pro arbitrio condemnentur, postquam

vero delati sunt, conscribantur, sequenti die a secundo
 censu eodem pacto ferantur. tertia a tertio feratur qui-
 cunq- velit. Necessarium vero sit hoc trium censuum vi-
 ris. quartus autem minimusque census a pena sit liber, si
 quis eorum ferre noluerit. quarta die ex quarto minimoque
 censu omnes ferant, hac conditione, ut si quis ex tertio
 vel quarto censu non tulerit, minimè damnetur. Sin ve-
 ro quisquam primi secundive census ferre neglexerit, con-
 demnetur: ita ut qui secundus census est, in triplo primi
 damni condemnentur, qui vero primus est, in quadruplo.
 Die quinta magistratus ad omnes ciues descripta efferat
 nomina: de quibus omnes ferant. qui noluerit, primo da-
 mno condemnentur. Eorum vero qui ex omnibus censibus
 electi fuerint, dimidium, hoc est centum octoginta, sor-
 te ad annui senatus ordinem comprobentur. Sic utiq- ma-
 gistratum creatio facta inter vnus et populi potestate
 erit media. Quarum medium tenere semper oportet rem-
 publicam. Serui enim et domini amici nunquam erunt.
 Nec probi et improbi, si aequalibus afficiantur honori-
 bus. Inaequalibus enim aequalia inaequalia fiunt, nisi me-
 suram accipiant. Nam propter hac utraque seditionibus
 replentur respublica. Verus enim priscus ille sermo, ab
 aequalitate amicitiam procreari, rectè admodum et con-
 cinnè fertur. quoniam vero non satis apertum est qua-
 nam sit aequalitas qua id efficitur, idcirco nos valde tur-
 bamur. Duae quippe sunt aequalitates eodem quidem no-
 mine appellatae, sed effectum in multis penè contrariae. et
 alteram omnis ciuitas legumque lator sorte disponendo
 potest in distribuendis honoribus adhibere, eam dico qua
 numero, pondere, et mensura est aequalis. Sed veris-
 simam optimamque aequalitatem non facile quis per-
 spiciet: Iouis enim iudicium est. et hominibus quidem
 pauca semper suggeritur: quatenus autem suppetit,
 iam priuatis quam ciuitatibus bona omnia affert.
 Hac sanè maiori plura, minori pauciora tribuit, utris-
 que videlicet secundum eorum naturam moderata.
 Atque et honores, virtute maioribus semper maio-
 res: minoribus autem virtute et disciplina, minores:
 et utrisque secundum rationem, quod decet, imperit.
 Ea enim certè nobis ea ciuili iustitia. hanc et
 nos appetere debemus: atque ad hanc ipsam, o Clinia,
 aequalitatem respicere, dum hanc nouam condimus et
 disponimus ciuitatem. et quisquis aliam instituit, eo-
 dem debet in legibus ferendis aspicere. Non autem ad
 paucos tyrannos vel ad vnum vel populi potestatem,
 sed ad iustitiam semper inspiciendum. Ea est quam
 modo diximus, aequalis ipsius secundum naturam quo-
 tidie inaequalibus distributio. Veruntamen necesse est,
 ut his duabus aequalitatibus in denominatione simili-
 bus ciuitas vniuersa utatur, si tota velit procul ab o-
 mni seditione manere. Aequabilitas enim illa lauda-
 bilis, et aqua dyudicatio perfecti atque exacti, cum
 praeter rectum iudicium sit, violatur et frangitur. Id-
 eoque aequalitate sortis uti eam necesse est ad multorum
 indignationem penitus deuinandam. Quam in re Deum
 bonamque fortunam precibus inuocare oportet, ut fors ad
 id quod est iustissimum dirigatur. Sic igitur necessario
 utrisque aequalitatibus uti debemus: sed in rebus admo-
 dum paucissimis, ea aequalitate cui fortuna opus est.
 Hac ita ob hanc causam, o amici, necesse ab ea ciuitate,
 qua

qua salutem sit consecutura, seruari. Quemadmodum Verò nauis in medio pelago, die nocteque custodibus indiget: ita quoque ciuitas in medio aliarum ciuitatum fluctu posita, varijs subiecta seditionibus ac semper captiuitatis periculo proxima, perpetua eget custodia. Propterea & ex die in noctem, & ex nocte in diem succedere sibi inuicem magistratus & custodes oportet, ut tradentium suscipientiumque custodiam successio nunquam desinat. Quorum nihil multitudo celeriter facere potest. Est autem necessarium, ut maxima senatorum pars plurimum tempus permittatur in priuatarum suarumque rerum administratione versari: duodecima verò pars eius, in menses duodecim distributione facta, alia post aliam sigillatim custodiat. Quae vnicuique, siue ciuitate ipsa, siue aliunde venienti parata sit, seu nunciare quicquam seu interrogare quisquam velit de his rebus, de quibus ciuitatem oporteat vel respondere ceteris ciuitatibus, vel ab eis interrogationum responsiones accipere. Nouarum etiam gratia molitionum quae saepe fieri solent, maxime quidem ne fiant. ac si acciderint, ut quam celerrime sentiat ciuitas, & remedium afferat. quod per ceterum ciuitati praesidentium fieri semper oportet, ut & quae legibus, & quae repente ciuitati difficultates accedunt, dissoluantur. Haec oia curet duodecima consilij pars, quietem in menses duodecim habitura. Quam quidem custodiam haec consilij pars ceteris cum alijs magistratibus in ciuitate semper agat oportet. Atque urbana quidem probe hoc pacto ordinata erunt. Totius autem reliqua regionis quae cura, quis ordo? An cum ciuitas tota & vniuersa regio in partes xii. sit diuisa, in ciuitate quidem ipsa viarum, habitationum, adificationum, portuum, fori, fontium, sacrorum locorum, templorum, ceterorumque huiusmodi constitutere curatores oportet? c. l. Cur non? A. T. H. Dicamus igitur templis adituos, & sacerdotes tam viros quam mulieres praefici oportere. Ad viarum autem adificationumque exornandarum curam, ne aut hostes iniuriuntur, aut ipsa fera noceant, sed ut tam in ipso urbis ambitu quam in suburbij, ciuitatibus consentanea quaeque gerantur, tres sunt magistratuum species eligendae. Et rerum modo dictarum curatores, appellentur adiles. Qui vero fori venditionisque curam habeant, rerum venalium curatores. Sacrorum autem sacerdotes. Et sacerdotia quidem quae à parentibus per successionem seu viris siue mulieribus tradita sunt, nequaquam mouenda. Si vero aut nullis aut paucis aliqua huiusmodi sunt, quod accidere par est illis qui in noua ciuitatis habitationem conueniunt, ubi haec desunt, sacerdotes tam viros quam mulieres & aditu constituti sunt. Quae omnia partim delectione, partim sorte fieri oportet. Atque in omni regione ciuitateque plebs cum illis qui extrapletem sunt, per amicitiam coniungenda, ut maxima sit in omnibus his consensio. Et quae ad sacerdotum creationem attinent, deo committenda sunt, ut quemadmodum illi placet, ita diuina fortuna cui tributum id sit, sortes ferat. In eorum autem qui sortis suffragium assecuti sunt, examinatione, ille est comprobandus, qui integer sit atque legitimus, deinde à domo quam maxime munda: expers quoque cadis omniumque huiusmodi, quae aduersus diuinam rem committuntur: cuius & pater materque similiter vixerint. Leges autem de rebus diuinis à Delphis petantur, constituanturque illarum interpretes, atque his videntur.

dum. Sacerdotium, non diuturnius sit quam annum. Nec pauciores annos quam sexaginta natus sit, qui secundum sacras leges res diuinas sufficienter est tractaturus. Eademque de mulieribus sacris, quae & de viris statuta intelligantur. Interpretes autem ter quattuor ferant tribus ipsa quattuor, ex earum ordine vnaquaeque tres: ac tribus probatis, qui maiori suffragio delecti sunt, reliquos nouem Delphos mittant, ut ex quaque trinitate vnus oraculo deligatur. Comprobatio ipsorum atque talis, qualis & sacerdotum dicta est. Hi per totam vitam interpretandi & exponendi habeant potestatem. Et in defuncti vicem quattuor tribus inde alium eligant, vnde prior ille defecit. Quaestores & asseruatores sacra pecunia in tepus singulis, qui lucorum agrorumque ipsis dedicatarum, & fructuum, conductionumque & locationum domini sint, tres de maximis censibus pro templis maximis eligantur, duo pro minoribus: pro medijs maximeque concinnis vnus. Qui non aliter quam duces exercitus eligantur & comprobentur. Atque haec in rebus sacris, ut diximus, peragantur. Danda verò opera est, ut quoad fieri potest, nihil sine custodia sit. Ciuitatem quidem curent exercitus duces, ordinum praefecti, magistrum equitum, tribuni, consilij principes, adiles, atque censores, postquam electi suo ordine fuerint. Reliqua regio ita custodiatur. Duodecim in partes aequales pro viribus regio tota diuisa fuit. Vna itaque tribus parti cuiuslibet sorte data, quinquaginta in annum quasi agrorum curatores tribuumque principes deligat. quorum quisque sua ex tribu duodecim iuuenes habeat, non minoris aetatis quam quinquaginta & viginti annorum, neque maioris quam triginta. his singulis singula regionis partes per sortem menstruo tempore tribuantur, ut totius regionis oes peritiam habeant. biennio autem imperandi & custodiendi curam habeant principes & custodes. Cum primum partes custodiendas sortiti sunt, per menses singulos loca permittent: ad proximum quaeque locum, & ad dexteram primum circulariter custodiae principes ducant, dexteram vero plagam, appello quae solem orientem spectat. Deinde in altero anno ad sinistram committentur, ne regionis quo ad vnum anni tempus solum periti sint, sed & quid in quolibet tempore in quacunque regionis parte contingat, agnoscant. Tertio autem anno quinquaginta alij agrorum & custodiae principes à primatibus tribuum deligantur ipsorum duodecim curatores. Cura verò & opera singulis in locis talis sit. Primum ut quam maxime aduersus hostium impetum regio munita sit. Foveis vbiunque opus sit effosis turribusque & claustris pro viribus circumductis, nocere volentes arceant. Ad haec vtiq; faciendae subiugalibus seruisque indigenis vtantur, quando minime in suis operibus occupantur, nonnullos ipsis praeficientes loca oia ita disponant, ut per ea difficile transire inimici possint, amici vero homines, pecudes, iugalia, facile: quibus maxime peruisa regio fiat. Diligenterque procurent, ut pluuiales aquae non solum non noceant, verum etiam conferant ab altis montibus canas in valles fluentes, ubi foveis parietibusque stagnare eas cogant, ut illic alueis pluuiales aquae combibita, inferioribus locis agrisque omnibus scatebras fontesque aquarum efficiant, locaque isto modo siccissima humore multo salubrius irrigent. Fontes autem & fluuios arboribus adificationibusque exornent. lucos quinetiam iugi irrigatione & dedicatos dijs agros aquis immisis pingue

Quaestores.

Fines regio
uis.

Adiles.

Sacerdotes.

pinguefacere curent, & metallis humorem scatebrâsque adhibeant. Atq; ita & abundantia omnia, & templa deorum reddant ornatiora. Vbiq; aut in his gymnasia iuvenes tam sibi comoda quam senibus præparent, calidis balneis constitutis, & copiose siccis appositis lignis, ut et remedium ægrotantibus, & lenimen labore defessis beneuole afferatur: quæ sanè curatio longè melior est, quam medici parum periti medula. Hæc omnia ceteraq; hmoi his locis ornamento vilitatig; sunt, grato quodam cum ludo. Summatim aut circa hæc studium hmoi sit. Sexaginta viri singuli ascriptum sibi locum custodiant, non hostium causa solum, sed eorum et qui se amicos dicunt. Et si quis inter vicinos ac ciues seu seruus siue liber alicui iniuriam inferat, iudicent in paruis quidè ipsi quinq; principes: in maioribus aut decem & septem viri vna cum duodecim, vsq; ad minas tres de quocunq; alter de altero conqueritur. Nemo aut iudex magistratusue sit, qui gesti officij sui rationem non referat: præter eos qui regu instar finem rebus imponunt. Atqui & agrorum curatores, siquid aduersus eos quorum habent curam, contumeliose gerant, inæqualiter onera inferentes, aut vi aliquid ab agricolis accipientes, siue adulatorum largitionibus, quibus iudicium corrumpatur: muneribus quidè adulationibusq; capti, opprobrio per vniuersam urbem afficiantur: in alijs autem iniurijs vsq; ad animam sponte sua vicinis colonisq; dent multam. Quod si nolunt in maioribus vel minoribus iniurijs quod debent, persolvere, quia sperent, cum de loco ad locum per singulos menses transcant, iudicium ac pœnam effugere, in coi iudicio accusentur, & qui damnabitur, duplum reddat ei què iniuria oppressit. Vinant autem tam principes quam ceteri curatores agrorum duos annos hoc pacto. Primum quidem omnibus comunia singulis in locis habeantur conuiuia: qui vero vno die nocteue aut absuerit aut alibi ederit, cum nec princeps ita ordinarit, neque necessitas vlla coegerit: si quinq; viri eum damnent, scribantq; in foro deseruisse custodiam, magnis afficiatur opprobrijs, utpote qui quantum in se est, rempublicam prodidit. Et à quocunq; obuiam factò, volentig; cadere, impune cadatur. Omnes autem sexaginta viri obseruent, ne de principibus aliquis quocunq; tale committat: & qui sensit audiuntq; si non accusauerit, similiter eademq; lege reus sit, quæ qui peccauit: ac acriori iuuenum censura punitus in omnibus iuuenum magistratibus contemnatur. Atq; hæc quidem omnia custodes legum diligenter præuideat: primo quidem ne fiant: deinde ut facta, prout ius postulat, puniantur. Existimare de omnibus hominibus id quisque debet, quod qui nunquam seruauit, is laude dignus esse dominus nunquam poterit. Ideoque gloriari quæque oportet magis quod bene seruerit, quam quod bene fuerit dominatus: primum quidem legibus, quibus qui seruijt, dijs seruit: deinde senioribus qui honestè vixerunt. Postremo totum hoc biennium custodes agrorum humilimum tenuissimumque victum vsurpent. Itaque duodecim viri cum quinque congregati inter se sic consultant, quasi serui, quique alios seruos non sint habituri. Nam agricolis quidem colonisq; non in proprio ministerio, sed in publico solum vrantur. In cæteris sic cogitent, ut seruientes sibipps victuri, æstate præterea atque hyeme semper armati regionem omnem

Qui nō ser-
uuit, nō po-
test esse lau-
datus domi-
nus.

perlustraturi, ut custodiant diligentius, dum loca omnia nouerint. Nulla quippe cognitione minor hæc esse videtur, quæ exquisitè ab omnibus regio vniuersa cognoscitur. Atq; huius gratia non minus quam voluptatis vtilitatisq; alterius, adolescentes alendis canibus, & reliqua venationi dare operam debent. Hos ipsos studio etiã illo uti oportet, quod ab occultando à nonnullis appellatur, sed siue sic, siue agri custodia sit nominanda, siue quomodocunq; aliter quisquam velit, oportet ut qui ciuitatis suæ salutem exoptant, in ea se re pro viribus diligenter exerceant. Sequitur ut de censorum adiliunq; electione dicamus. Sexaginta illos curatores agrorum tres sequuntur adiles triperito duodecim partes urbis complexi, qui sanè illos imitantur: Viarum urbis curam habent, vulgariunq; itinerum, quæ à regione in urbem tendunt: adificationum quoq; ut secundum leges oēs fiant. Aquarum præterea, quas custodes deduci in urbem curant: ut in fontes quàm liquidissima sufficentesq; ducantur, ac ciuitatem iuuent pariter & exornent. Oportet hos esse tales, ut intermissa suorum cura, otium habeant ad publica procuranda. Quapropter quisq; à maximo censu quem velit adilem futurum noiet. Et de sex qui suffragio ceteros superabunt, tres sorte diligant quibus cura hæc sint. Deniq; comprobati, magistratum secundum præscriptas sibi leges peragant. Censores deinceps, reru venalium curatores, à primo secundoq; censu quinq; diligantur. Eorumq; electio eodè ferme modo quo adiliu transigatur. Quippe de decè, qui ceteros suffragio superarint, quinq; sorte designentur, & comprobati, magistratus declarentur. Nominet aut quemlibet unusquisq;. Qui aut nolet, si accusabitur, drachmis quinquaginta damnetur, atq; et iniquus existimetur. Comitum coemq; cætum quicunq; velit ingrediatur. atq; ad id primi secundiq; census oēs cogantur. Porro qui de his absuerit, decem damnetur drachmis. Tertij vero quartiq; census hoies nō cogantur. Idcirco qui non interfuit, indenis sit: nisi forte principes vrgente quadam necessitate, adesse oibus edixerint. Est aut censorum officium, fori ordinem legibus statutum seruare. Fontium quoq; & temploru quæ in eo loco sunt, curam habere, ut ne quis illic iniuriose quicquam agat, & si fecerit, seruus quidem & peregrinus verberibus & vinculis pœnas luat. Ciuis aut à censoribus drachmis centu iure censorio condemnatur. Maiori vero multa vsq; ad huius duplã isti, nisi adiles quoq; adsint, condenare non possint. Eadem quoq; adilibus in proprio magistratu multandi & puniendi conditio sit. Nam vsq; ad minam condemnandi ipsi habeant potestatem. Ad duplam vero multam censorum simul auctoritas requiratur. Post hæc musica & gymnastica magistratus duplices virisq; facultatis constituentur, alij disciplina, alij exercitationis causa. Qui disciplina præstant, gymnasiorum doctrinarumq; ornatum & discedi ordinem curent, operamq; dent ut tam mares quam fœmina in adolescentia honestè ad ista proficiantur, honestè etiam comorentur. Exercitationis curam habeant in gymnastica & musica ipsi athlotheta qui munera imponunt atq; declarat athletis, ipsis scilicet certatorib. Atq; hi similiter duplices esse debent, circa musicã alij, alij circa gymnasticam. & in gymnastica quidem ijdè pariter in hoium equorumue certaminibus, in musica vero alij i

De adilibus
legenda.

Censores.

De heri et
tium.

monodia, id est cantu & oratione funebri, & imitatione ipsa, sicut rhapsodorum, eorum scilicet qui decantatorium componunt carmen, citharistarum, tubicinum, ceterorumque talium: alij in chori cantu. Primum igitur in chori ludo, ubi viri, pueri, & puella tripudio ceterisque musica modis exercentur, principes eligendi. Vnus autem illi sufficit princeps, non pauciores quam quadraginta annos natus. Vnum quoque in monodia sufficere arbitramur, qui triginta annos expleuerit, qui & introducat hoies in certamen: & de hisdem sufficienter cognoscat & iudicet. At vero principem ordinatoremque chori, sic oportet eligere. Qui huic rei vacant, in concilium proficiscatur, multa imposita, nisi accesserint huius rei legum custodes iudices sint: ceteros si nolint, nemo cogat. Designent etiam qui periti sunt, vnaque haec astipulatio seu calculum adiciens, siue minus, valeat ut peritus vel imperitus sit qui designatur. Qui vero ex designatis decem, ceteros suffragio superauerit, & deinde comprobatus fuerit, vnum annuo tempore choro secundum legem praesit. Similiter etiam in monodia & tubicinio designatio fiat, electioque & comprobatio, & qui affectus fuerit, eodem modo a iudicibus confirmatus, anno praesit. Deinceps auctores declaratoresque munerum in exercitatione gymnastica tam equorum quam hominum, a secundo tertioque censu ista constituantur. Comitibus ingredi trium censuum hoies compellantur, minimus autem census liber sit. Et de viginti qui praeter ceteris suffragio designati fuerint, tres autem alios sorte electi, principes declarentur, quos comprobantium suffragium confirmauerit. In cuiuscumque autem magistratus sorte atque iudicio si quis reprobatus & repulsus fuerit, alius loco eius eodem ordine designetur & comprobetur. Restat princeps, qui totius disciplinae in his quae narrauimus tam faeminarum quam marium curam habeat. Vnum quoque hunc secundum leges principem esse volumus: non pauciores natus annos quam quinquaginta, qui legitimos habeat filios, vtriusque sexus maxime: si vero minus, alterius sex omnino. Cogitare debet & qui elegit & qui eligitur, hunc magistratum omnium in ciuitate summorum magistratum esse admodum praestantissimum. In omnibus quippe viuentibus prima ipsa germina si apte ceperint ad naturae suae virtutem, vim habent summam ad finem sibi debitum imponendum. Quod & in plantis euenit, & in brutis tum siluestribus tum etiam mansuetis, & in hominibus. Hominem autem mansuetum animal esse dicimus. Porro si cum natura felici rectam quoque disciplinam fuerit affectus, in diuinissimum mansuetissimumque animal solet euadere: sin vero non satis aut non bene fuerit educatus, ferocissimum omnium quae in terris nascuntur, animal redditur. Quae ob rem non debet legum conditor rem summopere necessariam pueritiae educationem postponere, sed operam dare in primis, si rem hanc diligenter est curaturus, ut omnium ciuium ad officia quaeque optimus vir eligatur, qui quam maxime pro viribus educandis pueris praeponeatur. Omnes igitur magistratus praeter senatum & quaestores in Apollinis templum profecti, suffragium clam legum custodibus ineam, diligentes singuli quem optime puerorum disciplina existimant praefuturum: & qui suffragio superabit, a magistratibus qui delegerunt, exceptis videlicet legum custodibus, comprobatus, quinquenium praesit. Et in

sexto anno alius princeps similiter statuatur. Siquis autem in magistratu publico constitutus pluribus quam triginta diebus antequam munus suum peragat, e vita decesserit, illi quibus id cura est, alium similiter eligant. Sin autem orphanorum tutor mortem obierit, cognati atque affines ex vtriusque parentibus usque consobrinos & patruelles, qui praesentes sunt, alium intra dies decem constituent: alioquin drachma quotidie mulcentur singuli, quousque orphanis tutorem praeficiant. Sed nulla ciuitas reuera ciuitas erit, nisi debito ordine iudicia fuerint constituta. Iudex autem mutus, qui nec instar arbitri aliquid plus quam litigantes dixerint, in causis discutiendis percutatur, nunquam ad ius declarandum sufficiens erit. Quapropter nec si multi sint, facile vnquam bene iudicabunt, nec si pauci & ignaui. Oportet autem semper, ut quod queritur ab vtriusque declaretur. Tempus autem & mora, frequensque inquisitio, ad aperiendam controuersiam conferunt. Idcirco qui litigant, ad vicinos primum & amicos, & maxime rei de qua queritur conscios se conuertant. Quod si per eos non sufficienter fuerit iudicatum, ad aliud iudicium proficiscantur. Tertium vero, si per duo superiora reconciliati non fuerint, finem imponat. Profecto iudiciorum constitutiones quodammodo magistratum electiones sunt. Omnem namque magistratum necesse est quorundam etiam esse iudicem. Non tamen iudex omnis necessario est magistratus & princeps: quanquam iudex ea die qua iudicium peragit, quodammodo magistratus est non vilis. Igitur quasi iudices ipsi magistratus aliqui sint, de his iam qui quarumque rerum quot in vnaquaque re esse debeant, disseramus. Augustissimum certe iudicium sit quod sibi met ipsi praefecerunt, cui consensui iudicem eligentes. Reliqua iudicia duo sunt. Alterum quando priuatus iniuriam a priuato pati conqueritur, eumque in iudicium trahit. Alterum quando reip. iniuria a ciuium aliquo fieri arbitratus aliquis coibus rebus auxiliari conatur. Dicendum est igitur, quos & quales iudices esse oporteat. Primum iudicium coe omnibus priuatis qui tertio inter se litigant, ita fiat. Omnis magistratus tam autem quam maioris temporis pridie calendas mensis illius, quo post aestiuum solstitium nouus incipit annus, in templum vnum conueniant. Vbi iureiurando interposito ex singulis magistratibus ueluti quosdam deo primitias offerentes, vnum iudicem diligant, qui optimus esse, & optime atque sanctissime iudicia illo anno reddurus ciuibus videatur. Ac postquam iudices designati sunt, ab eisde qui designarunt, singuli comprobentur. Et si quis reprobatus fuerit, alius similiter eligatur. Comprobati, illis qui per praecedentia reconciliati non sunt, iudicia reddant, & aperte suffragium ferant: aut dientibus spectantibusque necessario consultoribus, reliquisque magistratibus qui eos declarauerunt. De ceteris autem inter sit pro arbitrio quisque. Quod si quis aliquem iniustam sponte sententiam tulisse incuset, apud legum custodes hoc faciat. Et qui damnatus fuerit, dimidiam damni partem iniuriam passo persoluat. Si autem multa dignus maiore videatur, iudices ipsi, qui condemarunt, quid aut pati aut reddere debet vel resp. vel iniuriam passo, cognoscant. In publicis autem accusationibus necesse est in primis multitudinem iudicij participem facere. Nam quando aduersus ciuitatem peccatur, omnibus infertur iniuria. Ideoque merito grauius patiuntur, nisi ad iudicandum ipsi

Tutores.

Iudiciorum & fori ro.

Iudex.

Arbitri.

Prator.

eti. am

etiam admittantur. Sed & principium iudicij huius & finis deferri ad populum debet, examen autem & approbatio ad tres maximos magistratus, de quibus conueniant litigantes. ac si conuenire nequeant, consilium ipsum electionem utriusque cognoscat, & iudicet. Oportet praeterea priuatorum iudiciorum omnes pro viribus participes esse. Nam qui a iudicandi potestate omnino repellitur, is a ciuitate se prorsus existimat alienum. His de causis per ipsas quoque tribus necesse est iudicia fieri, iudicesque sorte statim incorruptos precibus iudicare. Et demum iudicium illud cuncta definiat, quod intemeratum omnino quo ad humanis in rebus fieri potest, esse debere diximus ad eas lites determinandas, quae nec per vicinos neque per contribules dirimi potuerunt. Verum de iudicijs, quae magistratus esse nec affirmare nec negare facile sine controuersia quisquam poterit, haec quasi exterius circumducta descriptio, nonnulla complexa est, nonnulla etiam reliquisse videtur. Nam iudicialium legum exacta positio atque partitio, longe rectius in calce ferendarum legum locabitur. Quare ad idem tempus has differamus. Ceteri autem magistratus maxima iam ex parte dispositi sunt. Tota vero atque perfecta ciuiliu dispensatio, siue ad vnum, siue ad omnes pertineat, non antea liquido declarari poterit, quam tractatio ipsa principia & sequentia, mediaeque partes suas complexa, ad exitum usque peruenierit, quae quidem in praesentia usque ad magistratum creationem progressa, ut antecedentium finis sufficiens est, ita ferendarum legum principium, nec moram aut segnitiam amplius patitur. C. L. Quamuis superiora omnia ex aetate meo dixeris, hostes, multo tamen gratius in praesentia mihi id contigit, quod cum dictorum exitu, dicendorum initium iunxisti. A. T. H. Belle igitur prudens seniorum ludus hucusque nobis sit perlusus. C. L. Pulchrum sane studium virorum significare videris. A. T. H. Consentaneum est. Verum animaduertamus, si hoc tibi quoque, ut mihi videtur. C. L. Quodnam? & quibus de rebus? A. T. H. An nescis idem in hac re quod in pictorum facultate contingere? Illa quippe nullum in pingendis animalibus terminum habere videtur, sed semper inumbrando, & deumbrando, vel quomodocumque aliter a pictoribus id vocetur, exornare conatur, nec cessat unquam. Non enim potest fieri, ut ad pulchriora expressioraque incrementum non habeatur. C. L. Intelligo ferme audiens quae dicis. Nullum enim huius artis usum habeo. A. T. H. Nihil tibi id obfuit. Sed hac forte nobis allata similitudine sic utamur. Si quis pulcherrimum animal pingere voluerit, quod non ad perius, sed ad melius futuro semper tempore progrediatur, nonne vides cum mortalis sit, nisi aliquem artis successorem reliquerit, qui siquid vel tempore ex animali abolitum fuerit, instaurare, vel per imbecillitatem artis ab artifice praetermissum adicere possit, atque ita fulgentius in dies animal reddere, laboriosum illud opus paucopore duraturum? C. L. N. Prorsus. A. T. H. An non legislatoris voluntas haec tibi esse videtur? Principio quidem ut leges sibi sufficienter & exquisite pro viribus conscribantur; deinde procedente tempore, & periculo rerum facto, putasne sic amentem legislatorem aliquem esse, ut ignoret necessarium esse talia sibi multa relinquere, quae emendatione successoris alicuius indigeant, ne peior quidem, sed melior respublica semper ornatioque effi-

ciatur? C. L. Probabile est. Nam quomodo nolle id poterit? A. T. H. Quacumque igitur via poterit, tam re quam verbis alium siue maiorem siue minorem docebit quomodo conseruanda & corrigenda leges sunt, nec unquam in his dicendis defatigabitur, nisi ad finem perduxerit. C. L. N. Ita certe. A. T. H. Nonne id mihi & vobis in praesentia faciendum? C. L. Quid ais? A. T. H. Quoniam leges laturos sumus, & legum custodes creati sunt, nos autem ad occasum vita appropinquamus, & custodes isti nobis iuniores sunt, oportet nos, ut diximus, leges ferre simul atque hos tam legulatores quam custodes quoad possumus facere. C. L. N. Quidni? dummodo id satis fieri queat. A. T. H. Veruntamen impensius annitamus. C. L. N. Nihil prohibet. A. T. H. Sic ergo ad eos dicamus: O amici legum conseruatores, permulta in singulis nos qui leges ponimus, necessario relinquemus, quae tamen non parua erunt, imo & rem omnem pro viribus exteriore quadam circumscriptione significabimus, quam quidem impleri a vobis oportebit. Quo vero id facturis vobis respiciendum est, audite. Megillus, egoque, & Clinias haec inter nos septennumero diximus, & probe nos dixisse conuenimus. Vosque rogamus ut & indulgere nobis, & imitari quasi discipuli magistrorum velitis, ad ea ipsa respicientes, ad quae legum custodi & latore respiciendum concorditer nos consensimus. huius consensionis vnum est caput, ut homo bonus efficiatur, habens virtutem animi hominis propriam, studio aliquo partem, aut usum, aut certa quadam adeptione, vel cupiditate, vel opinione, vel aliquo genere doctrinarum, seu masculus sit, siue foemina, siue iuuenis, seu senex. Atque ad hoc ipsum quod dicimus, quisque per totam vitam omni studio tendat, cetera quae impedimento huic rei sunt, negligens. Pro patria praeterea, si necesse est, mori paratus sit, antequam velit aut euersam videre ciuitatem, in quoque seruitutis subiectam a peioribus gubernari, aut fuga ipsam deserere. Quippe extrema omnia subeunda sunt potius, quam in eam gubernationem ciuitas commutanda, quae peiores solet homines facere. In his iam pridem nos consensimus, & nunc vos ad haec utraque respicientes, laudate leges & vituperate. Eas inquam vituperate, quae hac assequi minime possunt, eas quae possunt, amate: libenterque illas amplexi, in ipsis vitam agite. Cetera vero studia quae alio tendunt, & ad vulgaria bona respiciunt, spernite. Sed initium sequentium legum, hoc nobis sit a sacris exorsum. Oportet primum repetere, quod numerus quingulum & quadraginta partitiones commodas habuit, atque habet, tum totus ipse numerus, tum qui per tribus ipsas porrigitur, quem totius partem duodecimam posuimus, vnam & vnginti vigesies rectissime natam. Atque ut totus numerus duodecim constat partibus, ita tribus ipsa in duodecim scinditur. Singulas itaque partes sacrum esse dei munus existimare debemus, cum & menses & circuitum vniuersi sequantur. Quapropter & ciuitatem omnem ducit, quod ipsis innatum est, ad eas sacras. Alij forsitan rectius quam alij partiti sunt, ac dijs partitiones suas feliciter dedicarunt, nos autem nunc rectissime arbitramur quingulum & quadraginta numerum elegisse, qui omnes ab vna usque ad duodecim decisiones habet, vndecimo numero solum excepto, qui minimo quodam remedio redintegratur. Restituitur enim si

Pro patria
moriendum.

dua

dua ad alteram partem domus accesserint. Hæc vera esse, sermo nequaquam prolixus in otio demonstraret. Credientes igitur presenti sermoni & rationi, distribuamus, & unicuique partem deum vel deorum filium inuocantes aris cæterisque huiusmodi dedicatis, in sacrificijs conuentus duos singulis mensibus faciamus, ut duodecim singularum tributuum, & duodecim ciuitatis distributioni accommodentur. Hæc deorum primo diuinorumque colendorum gratia ita fiant: deinde amicitiae quoque & cognitionis alterna, & ceteris denique consuetudinibus gratia, quæ ad matrimonia conficienda summopere necessaria est: ut sublata ignorantia, nemo in his quoad fieri potest decipiatur: sed quisque cui collocat, & quam & à quibus ducit, agnoscat. Necessariè admodum huius rei gratia, ludij et chorij, puellorum & puellarum simul fieri debent, nudatis corporibus quatenus modestus pudor patitur, ut cum ratione in ætate conuenienti, conspiciant alterutrum atque conspiciantur. Quæ quidem omnia curent, ornentque chori principes, & cum legum custodibus conditores, ut à nobis relicta suppleant. Necessè namque, ut diximus, in his præsertim quæ multa paruag, sunt, nonnulla in prima positione legum prætermitti, quæ magistratus sequentes usu rerum commoti, quotannis mouebunt & corrigent, donec tempus illud aduenierit, quo instituta hæc discussa & approbata sufficienter fuisse videantur. Tempus autem ad hoc periculum faciendum, moderatum & sufficiens decennium erit, quo ad sacra & choreas, ad omnia denique atque singula quæ quidem per experientiam emendatio, viuente legulatore, cetero cum illo fiat. Si decesserit, singuli magistratus ad legum custodes de sui magistratus defectu referant, emendemque donec approbationis finem suum nacta singula videantur. Tunc demum ratas hæc leges habeant, eisque una cum alijs quas ab initio legislator conscripsit, utantur. In quibus nihil unquam sponte mouebunt. Si qua uero necessitas aliquando uigere uidebitur, de hoc una consulent magistratus omnes, & populus uniuersus, & omnia deorum petantur oracula. Si horum omnium unus erit consensus, moueant: aliter uero nunquam, sed unus qui prohibet, vincat secundum legem. Quandocumque igitur aliquis quinq; & viginti annos iam natus, alios aspiciens, ab alijsque aspectus, adinuenisse sibi credit conuenientem aetate suo, atque decentem societatem ad cõionem generationemque liberorum, intra quinq; & triginta ætatis annos uxorem ducat. Quo autem pacto decorum illud & aptum quærendum sit, in primis audiat. Oportet enim. ut ait Clinias, antè leges proprium singulis exordium ponere. CLIN. Opportune meministi hospes, tempusque comodum orationi cepisti. ATH. Probe loqueris. Dicamus itaque sic: O fili, qui ex bonis parentibus ortus es, eas nuptias sequi debes, quas prudentes uiri honestas ducunt. Qui sane monerent, nec pauperum fugere, neque diuitum affinitatem sectari præcipue oportere, sed ceteris paribus pauperiorem semper honorare, cumque ipso societatem inire. Nam & ciuitati & familijs quæ iunguntur, id conducit. Quippe quod moderatum est & mediocre, immoderato & excedente mirum in modum ad uirtutem præstat. Ergo quicumque ferocioris uelociorisque quam oportet ad agendum animi sibi conscius est, is det operam oportet, ut quam quietissimorum parentum filiam ducat, & qui contra natura affectus est, contrariam sibi asciscat affinitatem.

Sed una tandem sit communis ratio nuptiarum, ut quisque non iucundissimum sibi, sed ciuitati uile inerat matrimonium. Etenim singuli semper ad sibi similitimum natura feruntur. Unde ciuitas tota & diuitijs & moribus inæqualis quam maxime redditur, ex quibus quæ minime nobis euenire uellemus, maxime ciuitatibus plurimis accidunt. Sed si hæc per rationem lege sanciremus, ne diues diuitis, aut potens potentis societatem admittat, cogere minusque uelociore aetate cum tardioribus, & tardiores contra cum uelocioribus copulari, non modo ridicula nostra oratio uideretur, sed & iram multitudini concitaret. Non enim intellectu facile est, quod ciuitas similis esse debeat patre, in qua merum quod primo infusum bullit, statim alterius dei sobrietate castigatum, atque optime temperatum, bonus & moderatus potus efficitur. Quemadmodum uero id in mixta filiorum procreatione fiat, nemo, ut breuiter dicam, potest conspiciere. Quamobrem non lege cogendi, sed persuasionem inducendi ciues, ut æquale temperatamque liberorum suorum generationem plures faciant, quam opulentissima affinitatis æqualitatem; Et eum qui in cõubio pecunijs inhiat, non lege scripta arce-re debemus, sed opprobrijs & increpationibus absterre-re. Ad nuptias igitur ut decet celebrandas & hæc exhortantur, & illa quæ in superioribus diximus, asserentes oportere filiorum filios relinquendo, nostros uidelicet in diuino ministerio successores, naturam assequi sempiternam. Hæc omnia atque plura quis de nuptijs inuendis exordiendo rectè diceret. Si quis autem sponte non pareat, & alienus ab hoc consortio uiuat in ciuitate, & sine cõubio quinq; & triginta egerit annos, singulis annis, si de maximo censu est, drachmis centum mulctetur: si de secundo, septuaginta: si de tertio, sexaginta: si de quarto, triginta. Quæ quidem pecunia dea Iunoni consecrata est. Siquis autem singulis annis non persoluerit, decuplum debeat. Cuius pecunia exactor sit dea ipsius quaestor, ac nisi exegerit, ipse debeat, atque huius rationem referre quisque debeat. Sed pecunijs quidem qui nolit uxorem ducere, ita mulctetur, honore autem sic. Primum honores nullos à iunioribus consequatur, nec inueniunt ullus aliqua in re sponte ipsi obtineret. Deinde si aliquem cadere ausus fuerit, quilibet aduersus ipsum insurgat, & ei auxilium ferat, qui accepit iniuriam. Siquis autem præsens hoc non fecerit, timidus malusque cuius à legibus habeatur. De dote uero dictum est prius, & modo rursus dicatur, equalia pro equalibus esse. siquidem neque qui accepit, neque qui dedit, pecuniarum inopia censenscet. Necessaria enim in hac ciuitate abunde omnia sunt. Mulieribus præterea contumeliosus fastus minor erit. Minor & uiris humilis illiberalisque seruitus. Qui paruerit, unum sanè hoc agere præclare. Qui uero non paruerit, sed aut dedit aut accepit quod quinquaginta drachmas excedat uelamenti gratia, alius minâ, alius tres semiminas, alius minas duas, & qui censum habet supremum tãtundè rursus persoluat arario, & quicquid datum fuerit uel acceptum, Ioui atque Iunoni consecretur. Huius pecunie exactor esse uolumus horum deorum quaestores, quæ admodum modo dictum fuit, cum de his qui nuptias fugiunt, loqueremur, quod ab eis debetur, esse à Iunonis quaestoribus exigendum. Qui si neglexerint, de suo persoluant. Fideiussio autem primum patris firmissima sit, aut deinde tertia fratrum ex eodem

Quanta pena mulctetur qui ducere uxorem refugit.

De dotibus.

Quæ nuptia sint contrahebenda.

aa patre

patre natorum. Si nullus istorum superstes sit, tunc ex parte matris similiter fideiussio valeat. Similem insolentia contigerit desolatio, propinquiores agnati atque gentiles una cum tutoribus fideiubeant. Si qua vero sacra initia, aut divina alia expiatio ad futura vel perita vel presentia in nuptiis agenda videatur, diuorum interpretes consulant, putentque si illis paruerint, moderate singula peregerisse. Ad nuptiale vero conuiuium non plures quam quinque amici et amicae quinque ex latere paterno vocentur: ex cognatis et propinquis totidem. Impensa secundum diuitias fiat. Ditissimus minima expendat, alius semiminima, deincepsque proportione seruata, quod decreuit census, decrescat similiter et impensa. Qui legi pareat, laudetur ab omnibus. Sed eum qui non obtemperat, damnent custodes legum, tanquam a decoro alienum, legisque sponsalium Musarum prorsus ignarum. Bibere ad ebrietatem usque, neque alibi unquam decet, praeterquam in solennitatibus eius dei qui largitus est vinum, nec tutum est. maxime vero connubio coniuncti sponsus et sponsa tunc mentis compotes esse debent, quando non paruam ineunt vita mutationem, praesertim ut ex quam maxime moderatis semper generatio fiat. Ferme n. incertum est qua nox aut dies cum deo ipsam peragat. Quare ut solidus, stabilis, et quietus conceptus fiat, non oportet corporibus ebrietate diffusis, dare opera liberis. Qui autem vino refertus est, animam quam corporis rabie concitatus, quousque trahit et trahitur. Idcirco ebrius tanquam mente captus, ad serendum est inutilis. Nempe verisimile est eum factum in aequales, instabiles, obliquos tam membris quam moribus procreare. Quamobrem per totam quidem vitam, et maxime quantum generationi vacat, abstinere quisque cauebit, ne faciat, vel qua suapte natura et sponte morbos inducant, vel qua ad petulantiam iniuriamque declinant. Haec enim in animos et corpora nascentium necessario translata illic imprimuntur, peioresque inde nascuntur. Sed praecipue die illo ac nocte a talibus abstinendum. principium namque et numen hominibus insitum, si conuenienti sibi a singulis munere ipsius ventibus honore afficiatur, omnia seruat. Oportet autem altera ex duobus sortem domibus a parentibus separata quasi ad pullorum generationem educationemque, sponsum existimare, atque ibi nuptias celebrare, ubi sit cum liberis suis habitaturus. Nam si quodam in amicitijs desiderium inest, mores omnes quasi glutino quodam connectit et iunct. Consuetudo autem saturata, nec illum habens per intermissionem temporis desiderium, alterum ab altero satietate disjungit. Quapropter parentibus veris, affinisque relictis, seorsum quasi ad coloniam profiscantur, ac vicissim seipos respicientes habitent, liberos generando, et educando: et vitam quam ab alijs acceperunt a se quasi tadas ardentes alijs tradant, deos semper secundum leges colentes. Post haec considerandum est, quarum rerum maxime honesta possessio sit. In plurimis quidem seu cognoscendis siue comparandis et possidendis, nulla est difficultas. In seruis autem id omnino difficile. Causam vero, et recte quodammodo et non recte rursus de ipsis dicamus. Nam et contra usum, et iterum secundum usum de seruis verba dicuntur. MEG. Quo pacto id dicimus? Non enim intelligimus hospes quid modo dicere velis. ATH. Non iniuria, o Megille. Ferme n. illa Lacedaemoniorum seruitus, quam Hilotiam vocatis, praeter ceteris

Conuiuium nuptiale.

Ebrietas quae...

Ebrietas uita...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

De seruis.

...

...

...

...

Gracis maximam dubitationem et contentionem facit, cum alijs bene, alijs contra instituta videatur: Heraclidarum vero minorem quam Mariandynorum disputationem habet: postremo seruili apud Thessalos turba est. Haec utique et huiusmodi omnia respicientibus, quid de seruorum possessione agendum est? Hoc certe mihi nunc excidit, et tu merito me interrogasti quid dicerem. Hoc autem huiusmodi est. Scimus profecto quod fatemur omnes, seruos quam beneuolentissimos atque optimos habendos esse. Multi namque iam serui quibusdam meliores ad virtutem omnem quam fratres et filij, domos rem dominorum omnem et dominos ipsos seruauerunt. Haec de seruis praedicari non ignoramus. MEG. Certe. ATH. Contra etiam dicitur, nihil in animo seruiente integrum inesse, nec quicquam seruorum generi esse credendum. Quod et sapientissimus poetarum testatur nobis, cum de Ioue sic loquitur: Dimidium mentis iupiter illis aufert, qui seruituti sorti subiecti sunt. Haec itaque adeo diuersa de seruis homines cogitantes, alij nihil generi seruorum credunt, sed stimulis atque verberibus quasi ferarum naturam, non terretum, sed sepius ministrorum animos seruales efficiunt. Alij contra omnino faciunt. c. l. Ita est. Sed cum tam diuersa de seruis homines sentiant, quid nobis hospes haec in nostra regione de possessione castigationemque seruorum est agendum? ATH. Perspicuum mihi videtur, o Clinia, quando difficile domatur homo, et ad necessarium distinctionem serui a libero et domino re ipsa deduci aegre patitur, difficilem possessionem hominem esse. Quod exemplo in crebris Messeniorum rebellionibus patuit. Ciuitates praeterea quae multos eiusdem linguae seruos habet, planum fecerunt, quot quantaque hinc mala sequantur. Piratarum quoque furta et latrocinia, quae maxime circa Italiam abundabant, hinc oriuntur. Quae omnia si quis animaduertat, quid de his faciendum sit, dubitabit. Duae igitur solummodo restant viae, ut qui facile seruituri sunt, nec eiusdem patriae sint, et quam maxime fieri possit, inter se dissoni. Educeturque recte, non solum ipsorum gratia, sed dominorum multo magis. Est autem recta horum educatio, ut nulla ipsis contumelia inferatur, iniuriaque his multo minus, si fieri possit, quam aequalibus inferenda. Liquido n. cognoscitur qui natura non sic instituta colit, oditque reuera iniquitatem, quum cauet ne ipsi iniuria faciat, quibus facile potest. Qui ergo circa mores actionesque seruorum nihil unquam facit impie, nihil iniuste, atque ita in his se seruat immaculatum, ad producendas virtutes fruges erit aptissimus. Idem quoque de domino, et tyranno, omnique potentiore aduersus imbecilliores re esse dici potest. Castigandi cadendi que semper iure sunt seruis, neque ita monendi ut liberi, ne molliores fiant. Allocutio omnis ad seruos quodammodo imperium sit, neque iocus ullus cum ipsis seu foeminis siue masculis habeatur. Quod multi stulte facientes, dum delicatius eos nutriunt, difficiliorem vitam et sibi ad imperandum, et illis ad obediendum reddunt. c. l. Recte loqueris. ATH. Hoc igitur pacto seruos quisque et numero et facultate ad singula vitam ministeria aptos habeat. Verum post haec habitationes oratione describenda sunt. c. l. Prorsus. ATHEN. Ad nouam profecto ciuitatem, et antea nullis hominibus habitatam, in primis aedificia procuranda sunt, et modus templorum murorumque habendus. Quae sane nuptias praecedere

Difficilis possessio...

De habitacionibus.

cedere debebant, ò Clinia. Sed quoniam verbis nunc agitur, ita nimirum licet ponere. Quando verò rem ipsam aggrediemur, hæc ante nuptias si deus voluerit, collocantes, reliqua deinceps omnia peragemus. Nunc autem tã quã in figura quadam hæc breuiter percurramus. C. L.

Fiat. A. T. H. Vrbs quidem tota in circulum in locis sublimibus deducatur, vt munitior sit & mundior. Templum circa forum struantur. Iuxta hæc magistratum iudicumq; palatia, in quibus quasi sacratissimis instam & accipient & ferent sententiam, partim quidem tanquã de rebus sacris iudicaturi, partim verò tanquam iudicium deorum ibi sint delubra. Ibi etiam iudiciaria domicilia, in quibus de homicidijs, ceterisq; capitalibus iniurijs iudicantur. De muris aut, ò Megille Spartiatis ego consentio, murosq; in solo iacere facile patiar. Probè. n. poeticum illud laudatur, quo æneus & ferreos magis muros quàm terreos condere admonemur. Apud nos verò id insuper valde ridiculum est, quod singulis annis in agrum iuuenes emittantur, qui caueis, foveis, edificijsq; confectis, longè hostes à finibus arceant. Et muros quidè circūducimus, quod primum ad sanitatem ciuibus nihil confert, deinde animos ciuium emollire & eneruare consuevit. Efficiunt. n. vt faciliè intra eos se recipientes, hostes minime fugent, putentq; se non diurna nocturnaq; custodia vigilantes, sed murorum septo & vallo dormientes saluos fore, quasi ad desidã nati sint, ignorantes certè quietem à laboribus originem trahere, atq; è turpitiõ & negligentia nasci labores solere. Verum si muris ali quibus muniendi homines sunt, sic ab initio priuata domus quaq; condantur, vt tota vrbs equalitate & similitudine vnus sit murus, habeantq; domus omnes sic tutũ ad vias aditum. Quæ certè dispositio & intuentibus erit grata, cum domus vnus figuram tota ciuitas habeat, et ad custodia facilitatem erit longè omnium comodissima. Hæc ita à principio construi, qui habituri sunt ciues maxime curent. Aediles quoq; prouideant, & eos qui negligunt, multa compellant. Curentq; vt vrbs quàm mundissima sit, nec à priuatis unquã patiantur aut adificando aut fodiendo publicum aliquid occupari. Aquarum etiam pluuiarum vt abundè & facile defluant, curam habeant: Item omnium quæcumq; vel in ciuitate uel extrã sunt habitanda. Sed hæc omnia & cetera quæ à legibus prætermissa sunt, legum custodes vsu docti ordinent. Postquã verò hæc, et circa, forũ adificia et gymnasia, & theatra spectantium, & docentium discentiũq; domicilia disposita sunt, ad ea quæ nuptias sequuntur, inferendis legibus deinceps pergamus. C. L. Sic est faciendũ. A. T. H. De nuptijs igitur ita ut diximus, ò Clinia res se habeat: post quas viuendi regula quæ filiorum procreationem præcedit, non breuior quàm annui temporis sequitur. Sed quæ ratione in præstantissima ciuitate sponsus sponsaq; conuiuere debeant, facile dictu non est. Imò verò cũ multa in superioribus difficultia sint, quæ de his dicenda sunt, difficilior cunctis vulgus accipiet. Quod tamen uerũ rectumq; videtur, dicendum etiam, ò Clinia. C. L. Dicendum oĩno. A. T. H. Quicunq; itaque publica solũ at que cõia censet legibus ordinanda, propria verò etiã quæ necessaria sunt, nõ curat, ac licentiã singulis quotidie uiuendi, vt volũt, præbet, neq; certo ordine putat oĩa faciendã, sed priuatis neglectis, publica et cõia secundum

legem gesturos homines opinatur, non rectè opinatur. Quorsum hæc? Nempe quoniam oportere spõsos asserimus reipub. nostræ nõ minus nec aliter alijs temporibus, quàm ante nuptias in comessatione publica viuere. Mira quippe res quando apud vos primũ comessatio instituta est, visa fuit, quàm vestri bello vel alia re huiusmodi in hominum calamitate coacti instituerunt: cumq; propter necessitatem vsi fuissent, plurimumq; ad salutem cõferre res visa periculo esset, legibus statuta est. C. L. Videtur. A. T. H. Mirũ igitur id fuit, imperantiq; primo arduum. Quod nunc si quis ita lege sancire aggrediat, minus certè erit difficile factu. Verum quod deinceps sequitur, et dictu & factu arduũ est: quod quãuis nusquam fiat, tamen si alicubi fieret, rectè vtiq; fieret, sed tale est, vt in eius descriptione legislator sicuti ludentes ignem disse care, & alia quæuis impossibilia aggredi videatur. C. L. Quid istud est hospes, quod dicere adeo formidas? A. T. H. Audiatis iam, ne longiore vos mora frustra detineam. Quicquid. n. in ciuitate legis ordinisq; est particeps, cuncta ex eo benè procedunt. Quæ verò ordine carent, vel malè ordinata sunt, ea etiã quæ benè sunt ordinata, confundunt. Quod huic quoq; rei accidit. Nam vobis, ò Megille & Clinia, præclare, & vt dixi mirificè ex diuina quadam necessitate virorum cõstitutã est comessatio. Fæminarum aut comessatio non probè relicta in tenebris iacet. Quod quidè genus aliud hominum est & differens, nobisq; occultius & versutius natura est propter imbecillitate: atq; ita minus ordinari potest. Idcirco cessit legislator, neq; rectè prætermisit. hoc. n. prætermisso, multa nobis corripuntur, quæ longè melius se haberent quàm nunc, si hoc ipsum fuisset legibus ordinatũ. Non est enim res muliebri, si tacere inordinata relinquitur, humanarum rerum, solum vt videri possit, dimidium: sed quãto natura sua ineptior est ad virtutem quàm virilis, tãto excedit, vt plus quàm duplum esse videatur. Repetendum igitur hoc, & corrigendum, omniaq; fæminis cùm viris cõmunia ad ciuitatis felicitatem studia cõstituenda sunt. Nunc verò sic infeliciter ad hoc humanũ ducitur genus, vt non sit prudentis, huius rei mentione in alijs regionibus & ciuitatibus facere, vbi nunquã comessationes publica conspecta sunt. Vnde igitur quisquã non ridicule ad manifestũ cibi potusq; assumptionem mulieres cogere possit? nihil est profectò quod molestius latiorum genus hoc videatur. Nam cùm timide & obscure degere consueuerint, latorem legis in lucem conantem educere omni reluctatione repellent. Hoc inquã genus alibi quidem, quemadmodũ dixi, nec orationem ipsam rellè dicentis sine ingenti reclamatione audiet, hic aut forsitan sustinebit. Quare si vobis quoque videtur, colloctionis gratia, ne disputatio de reipub. manca relinquatur, dicere volo quàm bona decensq; res hæc sit. Si vobis placet inquam, aliter verò dimittam. C. L. Mirũ in modũ hospes audire desideramus. A. T. H. Audiamus iã igitur. Sed ne admiremini, si rem altius repetere visus fuero. Nã otio abundamus, neq; aliud quicquã nos vrget, quo minus oĩa undiq; quæ ad leges spectant, cõsideremus. C. L. Rectè loqueris. A. T. H. Prima itaq; repetamus. Scire oēs oportet, hominum generationem vel nullum prorsus vnquam initium habuisse, neque terminum habituram, sed fuisse omnino semper & fore: aut si cepit, inastimabili

situs vrbs

De muris.

Quies à laboribus originem trahit

De benè & malè ordinatis.

De ingenio & natura fæminæ.

Secula &
saecula ante
dicti.

Orphica vi
ta.

Orphica vi
ta.

biliam ante non temporis magnitudine inceperit. C. L. Planè. A. T. H. Nōne per omnem terram, Vrbes multas cōditas arbitramur atq; destructas, & diuersa praecipisse hōrum studia, partim eū ordine, partim et sine ordine? Cibi item potusq; et descendendi condendiq; vsus quā plurimos, et mutationes temporū varias, in quibus animalia diuersis modis transmutata fuisse credēdum? C. L. Nihil prohibet. A. T. H. Quid porro. Vrbes putamus caepisse olim, cum non essent similiterq; oliuas, & Cereris atq; Proserpine munera, qua Triptolemus aliquis ministrauerit? Animalia verò, tempore quo ista non erant, nōne sicuti modo, alterum ab altero deuorabantur? C. L. Proculdubio. A. T. H. At verò quod ad sacrificia pertinet, homines ab hominibus sacrificari apud multos videmus: contrarium etiam de alijs audimus, sicuti quando nec bouilae quidem carnes gustare audebamus, nec aī alia dijs imolabamus, sed liba & fructus melle madentes, cate raq; huiusmodi sacrificia pura dijs offerebatur. Carnibus autē abstinebant. Nam vesci carnibus, & deorum aras polluere sanguine, impium videbatur. Ita Orphica quaedam vita tunc vigeat. Inanimatis quippe omnibus uesciebantur, & ab animalibus omnibus abstinebant. C. L. Feruntur haec passim, ut dicis & valde credibilia sunt. A. T. H. Sed quorsum haec a nobis omnia dicta modo sint forsā aliquis percontabitur. C. L. Probè, o hospes, id coniecisti. A. T. H. Propterea, si potero Clinia, qua sequuntur deinceps, declarare conabor. C. L. Dic iam. A. T. H. Trina quaedam indigentia, atq; cupiditate omnia hominibus dependere perspicio, in quibus si rectè dicatur, virtus, sin contra, vitium nascitur. Harum duae sunt in animalibus statim natis cibi potusq; cupiditates. Ad qua cum omne animal innatum habeat appetitum, impetu rapitur, nec verba illius auscultat, qui monet aliud agendū esse, quā ut horū cupiditates voluptatesq; expleantur, & dolores contrarij deueniant. Tertia verò nobis indigentia ingens, & cupiditas acutissima, qua ad propagationē generis inest, posterius quidē innascitur, sed ardētissimo furore et maxima petulantia homines vrit, & agitat. Hi tres morbi ad id quod incundissimū dicitur, rapientes, ab eo ad id quod optimū est, tribus maximis rebus uertēdi sunt, timore, lege, uera rōne. Quibus cū Musa & dij certatorij adhibeantur, ut incrementū & affluentia hoc pacto extinguantur. Procreationē quidem liberorū post nuptias collocare debemus. Post ipsam uero procreationē, educationem & disciplinā. Sic. n. forsā procedente oratione lex quāq; in priora progressa in comestationes deniq; perducatur, quādo in cētus & cōmuniones hōiū peruenerimus: atq; utrum uiris solis an etiam mulieribus ha cōmuniones imperanda sint, tunc planius cōspiciemus, cū proprius accesserimus, & qua illas procedere debet, necdumq; lege disposita sunt, suū digesta in ordinē, ipsi praposerimus. Ita sanè, ut modo dicebam, comestationes acutius inspiciemus, conuenientioresq; de illis leges trademus. C. L. Scite loqueris. A. T. H. Teneamus itaque memoria, qua modo dicta sunt. Fortè. n. vsui nobis quandoq; erunt. C. L. Quae tenenda iubes. A. T. H. Ea quae cibi, potus, uenerisq; uocabulis appellauimus. C. L. Fiet oīno hospes ut iubes. A. T. H. Praclare quidem. Sed ueniamus ad rem sponsalem, & sponsum ac sponsam quomodo liberi procreandi sunt, doceamus, ac nisi persuaseri-

mus, legum quarundam positione minemur. C. L. Quo pacto. A. T. H. Cogitare omnino sponsum & sponsa debent, quo pacto quā pulcherrimos, & optimos ciuitati liberos poterunt procreare. Omnes autē homines qui communiter aliquid operantur, quādoque & ad se inuicem & ad opus ipsum intendunt animum, bene & pulchrè oīa faciunt. Si uero vel non habuerint mentem, vel non adhibuerint, contra. Quare sponsum ad sponsam procreationemq; liberorum animum uertat, & sponsa similiter ad sponsum, atq; ad opus in eo tēpore praecipue quo adhuc non genuerunt. Harum rerū curam habeant mulieres siue plures seu pauciores, prout placuerit principibus electae. Quae quotidie in Lucina congregentur tertia hora parte cōmoratura, atque ibi alijs alijs nuncient, siquem uirū mulierē uel illorum qui matrimonij copula adstricti gignendi habent facultatem, alio intendere animum uideant, quā ad ea quae in sacrificijs nuptiarū iussa fuerunt. Procreatio autē liberorum, & eorum qui illi uacat obseruatio, decennium non excedat, quando ad sit generandi fecunditas. Si qua ad id tēpus infecunda persuerauerint, consilio cū propinquis & mulieribus harum rerū curatricibus habito, prout cōmodum utrisque est, disingantur. Si qua uero de utriusq; cōmodis acciderit altercatio, decem de legum custodibus delecti quos ipsi uoluerint, cognoscant. Sed & mulieres ipsae iuuenum domos ingressae, partim monitis, partim minis ab infamia ipsos & delicto depellant. Quod si nequeant, legum custodibus nuncient, atq; illi id curent. Qui si prohibere non poterint, rem ad populū deferant, & scriptis errantium notis iureiurando affirmant se illos mulieres facere non potuisse. Et qui scripto delatus est, nisi accusatores cōuincerit, infamis sit: nec nuptijs procreandisq; liberis ulterius det operā. Ac si id tentauerit, liceat cui libet cadere ipm impune. Eadem sint & mulierum pœna. Expertes. n. muliebrium degant honorum, nec ad nuptias partusq; liberorum profectè recipiantur, si in iudiciū arecussa damnata etiam fuerint. si postquam secundum leges filios procreauerunt, aliena quisquam uxoris coniungitur, uel mulier uiro illi scilicet adhuc generantibus, pœnis eisdē subiaceant, quibus & dum ipsi gignebant. Sed uiri et mulieres post liberorum procreationem castae uiuentes, in his oībus summopere honorentur, qui contra, vituperentur. Si contigerit ut plures in rebus eiusmodi moderate se gerant, quae praecipimus silentio sine scriptis legibus habeantur & fiant. Sin autem plurimi se minime continebunt, legum conscriptione declarentur, & ad eorū normam de singulis hōiū iudicetur atq; agatur. Vita totius initium primus annus omnibus est, quem in sacellis paternis ut uiuendi initium tū puero quā puella, scriptū esse oportet. Adscribatur autē in pariete dealbato in unaquaq; tribu, ut qui ad magistratus idonei sunt, annorū numero constet, & cuiusq; tribus uiuentes homines proximè scribantur semper, & natura cedentes similiter deleantur. Nuptiarum tēpus puellae sit a sexdecimo in vigesimū, idq; sit longissimum tēpus ad hoc institutū. Masculo a trigesimo ad quintum & trigesimū. Bellis ab annis viginti ad sexaginta in uiris: in mulieribus postquam filios pepererunt, usq; ad quinquagesimū atatis annū. In quibus obseruandū est, ut ad eū belli usum potissimum qui & possibilis eis sit & decens, accipiatur.

Actu mari
tandorum.